

403 Disp. X. Part. IX. anagēs agat in dist: &c. 404

nihil medium confert, ergo à quæ benè poterit agere in distans ad duas leucas, quām agere in distans ad unam leucam.

Sextima.

Sextima: Non magis potest agens creatum agere in distans, quām agens in creatum, sed agens in creatum, nempe Deus non potest agere in distans, ergo neque agens creatum : maior patet : minor probatur : Deus non potest producere aliquid, nisi per virtutem suam continentem effectum Physicè, & realiter : sed non potest contingere hoc modo effectum, nisi sit ipsi coniunctus realiter non modò secundum suam virtutem, sed etiam secundum suum suppositum ; quia virtus Dei increata est inseparabilis ab entitate diuina : ex quo fundamento communiter Thomistæ inferunt ex operatione Dei eius immensitatem.

Septima.

Septima: Experiētia constat, quod quāmagis est distans passum, èd remissior sit actio agentis, quod non prouenit ex alia causa, nisi quia debilitatur virtus agentis agendo per medium, antequam agat in distans.

Confirmatur: Nihil agit, vbi non est : sed nisi agens diffundetur suam virtutem per medium, nunquam illam immitteret in passum distans, & sic neque per se, neque per suam virtutem efficit præfens passo distanti, ergo repugnat naturaliter, quod agat in distans non agendo per medium.

CLYPEVS TERTIVS.

Satisfit rationibus primi Clypei.

Nom. 14.
Soluantur rationes pro-
bantes agens
agera in dis-
stantia.
Ad primam ex varijs ex-
perientijs.
Ad primam ex parte.

*A*d primam ex varijs illis experientijs conflatam dices, ad primam quidem ignem agere etiam circa fundum lebetis, sed quid illud fundum est vicinum partibus terrestrioribus, & frigidioribus ipsius aquæ ; ideo partium frigidorum frigus imprimitur ipsi fundo lebetis ; ideo quia fundum lebetis percipitur frigidum, quia inquam partes omnes aquæ terrestriores, & frigidiores reducentur ad fundum lebetis, sūcūminus suscepit aquæ calor ; at vero superiores virtute magis aëreæ magisque à terra grossitie liberae faciliter calorem suscipiunt.

Ad secundam.

Ad secundam: De fascinationibus dic etiam fascinantes transmittere venenosas suas qualitates per medium, eāque dirigere ad quos volunt beneficio phantasmæ valde intenta.

Ad tertiam.

Ad tertiam: De pīce dices, illas quoque qualitates emissas à pīce stupefaciente manum pīscatoris transmitti per retia pīscatoris ; sed quia non sunt capacia stupefactionis, ideo dictæ qualitates in illis retibus suum non imprimit effectum, bene tamen in manu pīscatoris, vt potest talis impressionis capaci : Quoad magnetem varijs varijs respondent : dicit Albertus de Saxonia quaf. 2.7. Phys. propè finem, quod magnes propè se multiplicet vnam virtutem : sed illa proper specialem dispositionem, & complexionem ferri est motiva ferri ad magnetem, & non aëris ; cum hoc tamen stat, quod virtutem talen non multiplicet vñque ad ferrum, nisi multiplicet eam per totum medium : vnde dicendum est, quod qualibet res multiplicet prope se qualitatem quamdam specialem insensibilem,

mediante quā in alio, & in alio subiecto aliter, & aliter disposito producit aliam, & aliam qualitatem.

Ad quartam: Illa candela rursus accenditur *ad quartam.* beneficio quorundam pinguium spirituum, qui vñque ad ignem pertingunt, & ignem concipiunt, & ad candelam deferunt, sicque eam accendentur.

Ad quintam: Illud de lupo fabulosum est. *ad quintam.* Quod si aliqui viso lupo rauci effecti sint, hoc non prouenit ex ipso lupo, sed ex timore concepto à vidente lupum, qui timor constringit meatus, & organa, quibus vox efformari solet.

Ad sextam: Dic, quod phantasia moueat illas partes beneficio spirituum vitalium, & humorum, quos phantasia ad illas partes trahit.

Ad septimam: Dic produci species sensibilis in visu a v.g. potentia medianibus speciebus sensibilibus intermedij, vt docetur communiter in libris de anima. *ad septimam.*

Ad octavam: De locutione Angelorum magna est controversia inter Theologos, quomo- do fiat. Nunc responde iuxta varias sententias, qui enim tenent vnum Angelum alloqui alterum non per productionem alicuius speciei, vel conceptus in intellectu eius, sed per voluntariam ordinacionem sui conceptus ad alterum Angelum, quo pacto & nos Angelos alloquimur, tunc non est necessarium, vt Angelus, qui loquitur, sit præfens alteri, quem alloquitur, sed ad quilibet distantiam fieri potest talis locatio, sicut & nostra cum illis : Qui vero talem productionem speciei in intellectu audiens necessariam volunt, dicunt vnum Angelum non alloqui alterum, nisi sibi præsentem, & nisi agendo per medium : negandu[m] tamen est vniuersaliter agentia quæcumque etiam spiritualia posse agere in distans non agendo per medium, intelligendo semper de actione transeunte, de qua sola hic loquimur ; nam intellectus potest intelligere res valde distantes, non intelligendo intermedias : item voluntas velle quodcumque distans etiam nolendo intermedia : sed, vt dixi, ista actiones sunt immanentes.

Ad secundam respondebis implicare ex multis capitibus : Primo quidem, quia actio transiens se habet per modum motus localis ; nam cum agens naturale agat uniformiter disformiter, uniformiter quidem, in quantum eodem modo emitit virtutem ex se : disformiter vero, in quantum agit fortius in propinquum, quām in remotum, id est necesse erit agens naturale prius agere in propinquum, quām in remotum, ignis enim prius educit calorem ex partibus viciniioribus ligni, quām ex remotoribus.

Secundo, quia agentia naturalia non modò debent esse coniuncta secundum spharam actiuitatis, sed etiam secundum spharam contigutatis, quare prius debent agere in proximum, quām in remotum. Terter, quia agentia naturalia agunt successivè, & continue, proindeque prius in proximum, quām in remotum.

Ad tertiam nega sequelam maioris : Supponit enim illa maior, quod agens tantummodo ex contraria opinione agat in distans : at hoc non dicit, sed dicit agere aliquando in distans non